UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Protestatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

Visual Library

# PROTESTATIO

CVM SANCTISSIMVS D. N. VRBANVS PAPA VIII. die 13. Martij anno 1625. in Sacra Congregatione S. R. & Vniuerſalis Inquiſitionis decretum ediderit, idemque confirmauerit die 1. Iulij Anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum qui Sanctitate ſeu Martyrij fama celebres è vita migrauerunt geſta, miracula, vel reuelationes, ſeu quæcunque beneficia, tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione atque Approbatione ordinarij, & quæ hactenus ſine ea impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata. Idem autem Sanctiſſimus, die 5. Iunij 1631. ita explicauerit, vt nimirum non admittantur elogia Sancti vel Beati abſolutè, & quæ cadunt ſuper perſonam, bene tamen ea quæ cadunt ſupra mores, & opinionem, cum proteſtatione in principio quod ijs nulla adſit auctoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantum ſit penes Auctorem: Huic decreto, eiuſque confirmationi, & declarationi, obſeruantiâ, & reuerentiâ, qua par eſt, inſiſtendo, profiteor me haud alio ſenſu, quidquid in hoc libro refero, accipere, aut accipi ab vllo velle, quàm quo ea ſolent, quæ humana duntaxat auctoritate non autem diuinâ, Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut Sanctæ ſedis Apoſtolicæ nituntur. Ijs tantummodo exceptis quos eadem Sancta ſedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit.

**Henricus Morus.**

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN